Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/311518

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

7.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERARDI VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

RUDOLPHUS ABRAHAMUS IDUARDUS COLENBRANDER,

Nykerko-Gelrus.

A. D. XXVIII. M. JUNII ANNI MDCCCLVI, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD L. E. BOSCH ET FILIUM.

MDCCCLVI.

THESES.

I.

Non facio cum Donello statuente condictionem indebiti oriri ex contractu (Comm. jur. civ. l. XIV, c. 16).

II.

In l. 153 de Reg. Jur. non requiritur concursus animi et corporis ad possessionem amittendam.

III.

Recte Voet de formula *dare oportere* in condictione furtiva dicit: Datio tunc latius et improprio

sensu accipiatur, non pro actu quo dominium transit, sed pro quali quali possessionis translatione.

IV.

Art. 89 Cod. Merc. non congruit cum juris systemate, quod legislator noster in hac materia secutus est.

V.

Probatio per testes in art. 1 Cod. Merc. judici non obtruditur.

VI.

Improbandnm est quod lex nostra postulat in litteris cambialibus locum trassationis diversum a loco solutionis.

VII.

Definitionem bonorum, quam ipsa lex proponit in art. 555 Cod. Civ. parum convenire cum legislatoris effato in parte prima art. 593, contra vir. cons. de Pinto nego.

VIII.

Quamvis rei vindicatio perimatur 30 annis, malae fidei possessor eo temporis lapsu tamen dominus non fit.

IX.

Actionum possessoriarum in codice nostro civili perturbata et perobscura est expositio.

X.

Minor cujus mater tutrix non est, patre mortuo, domicilium habet apud tutorem, non apud matrem.

XI.

Consuetudo pro fonte juris habenda est.

XII.

Nulla antinomia est inter art. 240 et 245 Cod. de Rat. Proc.

XIII.

Recte Mittermayer: „Ein durchlaufendes Princip, „das dem Römischem Strafrechte zum Grunde gele-„gen wäre, lässt sich nicht nachweisen." (A. v. Feuerbach, Lehrb. des gem. in Deutschl. gültigen Peinl. Rechts. 14e ausgabe von Dr. C. J. A. Mittermayer, Giess. 1847).

XIV.

Jus puniendi e jure defensionis deduci nequit.

XV.

Definitio delicti, quae legitur in Cod. Poen. Batavo (Crimineel Wetboek voor het Koningrijk Holland) probanda non est.

XVI.

Minus laudanda mihi videtur immutatio art. 304 C. P. quae audit: „Le meurtre emportera la peine „de mort, lorsqu'il aura précédé, accompagné ou „suivi un autre Crime." (loi modificative de 28 Avril 1832. art. XI).

XVII.

Vere Grotius: „Qualemcumque formam gubernationis animo finxeris, numquam incommodis aut periculis carebis. (J. B. ac. P. L. I. cap. III. § 8.

XVIII.

Lex quae impedit quominus fabricentur potulenta spirituosa non pugnat cum Oeconomia Politica.

XIX.

Usus solani tuberculosi, tanquam cibi principalis generi operariorum valde nocet.

XX.

Apud J. J. Rousseau in libro qui inscribitur Discours sur l'Economie politique, haecce scientia nihil aliud est, nisi ars regnandi.

XXI.

Minus recte A. Blanqui contendit Oeconomiam Politicam Graecis Romanisque notam fuisse.

XXII.

Industriae graviter nocet, si tributa solvenda sunt pro jurium translatione.

XXIII.

Errant qui rejiciunt tributa sortium.

XXIV.

Sors futura operariorum fere tota ab ipsis pendet, emendari non potest, nisi coercitione morali, quam proposuit Malthus.